



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 128. Hugonectus atque Imbercurtis comprehensi, & condemnati

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

**S**ecul. XV. vultu ruborem emicare, non tam men-  
A.C. 1477. dacii in publico tamque celebri confessu  
 prolati verecundia, quam indignatione  
 commota; quare soluto congresu, adeo  
 funesta Regis proditionem ulciscendi con-  
 filia cepit, ut ipsamet in sui ruinam præ-  
 ceps rueret, & suos Regisque subditos  
 communis calamitatum periculo invol-  
 veret.

§. CXXVIII.

*Hugonectus atque Imbercius com-  
 prehensi, & condemnati.*

**I**nterim Hugonectus atque Imbercius comprehenduntur, constituuntur iudices, & accusationes instruuntur; has inter præcipuae erant, I. Crepicordius horum auctoritate ac jussu Gallis Atrebatensem civitatem tradidit. II. Ipsi, in quadam caufsa adversus quemdam ci-  
 vem privatum Gandavi agitata auro cor-  
 rupti fuerunt, ac III. demum urbis im-  
 munitates labefactarunt. Haud dubie hi duo Ministri ingenio præstantissimi, at-  
 que innocentia tuti facili negotio cuncta illa accusationum capita diluissent, nisi defensionis copia destituti, & a potentio-  
 ribus amicis derelicti, inimicos suos pro judicibus nocti fuissent, qui eis non-  
 nisi trium horarum spatium, intra quod  
 ad mortem fese disponerent, indulgebant.

Re

Re comperta Maria de Burgundia sum-Sæcul. XV.  
me indignata, ferme in furorem ageba- A.C. 1477.  
tur: cum vero de utriusque hujus Mi-  
nistri probitate convicta, ac fidei, qua  
Patri, ejusque Avo sua obsequia devoye-  
bant, probe conscientia esset, supplex ad tri-  
bunal ex propriis suis subditis composi-  
tum accedit, & vitae gratiam, quam  
concedere suæ fuisse auditoratis, de-  
misso ab eis efflagitat, & tamen repul-  
sam ferre compellitur.

## §. CXXIX.

*Ambo Capite damnati.*

Ergo ambo ad locum, ubi ferale pegma  
erectum erat, deducuntur, ubi pene *Commix.*  
innumera hominum multitudo confluit; *l. 5. c. 17.*  
accedit ipsa etiam Ducissa, sed incompto  
capite, crinibusque sine lege errantibus  
squallida, tota lacrimis disfluebat, atque  
habitu ad neglectum composito vestita  
comparebat. Nihilominus vix non ejus  
eloquentia aversionem ac Regiminis odi-  
um superasset; quorum enim animi ad  
Ducissæ verba movebantur, jamjam in eo  
erant, ut adversus flecti nescios arma ca-  
perent, quin etiam plures exclamare coe-  
perant: *Venia, Venia detur:* Attamen  
vicit furentium numerus atque potentia;  
& lictores non parum conterriti utrum-  
que capite truncant, in conspectu ipsius Du-  
*Hist. Eccles. Tom. XXIX. R. 1. ciffæ*